

In Ascensione Domini.

Duplex 1. classis.

Oratio ante divinum Officium.

APERI, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum: munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis, et aliénis cogitatióibus: intelléctum illúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officium recitáre váleam, et exaudíri mérear ante conspéctum Divínæ Maiestátis tuæ. Per Christum, Dóminum nostrum. **R̄.** Amen.

Dómine, in unióne illius divínæ intentiúnis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (*vel* hanc tibi Horam) persólvo.

Oratio post divinum Officium.

Orationem sequentem devote post Officium recitantibus Leo Papa X. defectus, et culpas in eo persolvendo ex humana fragilitate contractas, indulxit, et dicitur flexis genibus.

SACROSÁNCTÆ et indivíduæ Trinitáti, crucifixi Dómini nostri Iesu Christi humanitáti, beatíssimæ et gloriosíssimæ sempérque Vírginis Mariæ fecúndæ integritáti, et ómnium Sanctórum universitáti sit sempitérna laus, honor, virtus et glória ab omni creatúra, nobisque remíssio ómnium peccatórum, per infinita sácula sæculórum. **R̄.** Amen.

Ps̄. Beáta víscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt æténi Patris Fílium.

R̄. Et beáta úbera, quæ lactavérunt Christum Dominum.

Et dicitur secreto Pater noster. et Ave María.

Ad I. Vesperas.

DE-us, in adiutó-ri-um me-um inténde. **R̄.** Dómine, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Sicut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sácu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.



Psalmus 1.

Ac. 1, 11; H265

VII a

V

IRI Ga-li-læ- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Ie-sus, qui assúptus est a vobis in cæ-lum,

sic vé-ni-et, alle-lú-ia.

Psalmus 109.

Di-xit Dóminus Dómino me- - o: * Sede a dex- - tris me- - is:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génuí te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicábit in natióribus, implébit ruínas: * conquassábit cápita in terra multórum.

De torrén-te in via bibet: * proptérea exaltábit caput.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*

Psalmus 2.

Ac. 1, 10; H265


VIII G²

C



Umque * intu-e-réntur in cæ-lum e-úntem illum, di-xé-runt, alle-lú-ia.

Psalmus 110.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congre-ga-ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in sáculum sáculi.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in sáculum testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem géntium: * ópera mánuum eius véritas et iudícium.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in sáculum sáculi: * facta in veritáte et æquitáte.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ timor Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in sáculum sáculi.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.


IV A*

E



-le-vá-tis mánibus, * bene-dí-xit e-is: et fe-rebá-tur in cæ-lum, alle-lú-ia.

Psalmus 111.



Be-á-tus vir qui *timet* Dóminum: * in mandá-tis e-ius vo-let ni- - mis.

Potens in terra erit *semen* eius: * generátio rectórum *benedicétur*.

Glória et divítix in *domo* eius: * et iustítia eius manet in *sæculum* **sæ**culi.

Exórtum est in ténébris *lumen* **rectis**: * miséricors, et miserátor, et **iustus**.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in *iudício*: * quia in ætérnum *non commovébitur*.

In memória æténa erit **iustus**: * ab auditióne mala *non timébit*.


Parátum cor eius speráre in Dómino † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat *inimícos* **suos**.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in *sæculum* **sæ**culi: * cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et *tabéscet*: * desidérium peccatórum *períbit*.


Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et *nunc et* **semper**, * et in *sácula* *sæculórum*. Amen. **A.**

VIII G 

Idénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nubes suscé-pit e-um in cæ-lo, alle-lú-ia.

Psalmus 112.



Laudá-te pú-e-ri **D**óminum: * laudá-te *nomen* **D**ómi-ni.

Sit nomen **D**ómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in **s**æculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile *nomen* **D**ómini.

Excélsus super omnes gentes **D**óminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut **D**óminus Deus noster, qui in altis **h**ábitat, * et humília réspicit in cælo *et in terra*?

Súscitans a terra **í**nopem, * et de stércore *érigens* **p**áuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus *pópuli sui*.

Qui habitáre facit stérilem in **d**omo, * matrem filiór*um* **l**etántem.

Glória Patri et **F**ílio, * et **S**pirítui **S**ancto.

Sicut erat in princíp*o*, et nunc et **s**emper, * et in *s*æcula *s*æculórum. Amen. *A.*

Capitulum.

Ac. 1, 1-2

P

Rimum qui-dem sermónem fe-ci de ómnibus, o The-óphi-le, quæ coepit Ie-sus fá-ce-re et do-cé-re † usque in di-em, qua

præ-cí-pi-ens Apósto-lis per Spí-ri-tum Sanctum, quos e-lé-git, * assúptus est. **℞.** De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Ps. 67, 19

VI

A

-SCENDENS Christus in al-tum, * Alle- lú-ia, al-le- lú-ia. Ascéndens. **℣.** Captí-vam du-xit

cap-ti-vi-tá-tem. * Alle- lú-ia, al-le- lú-ia. **℣.** Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Ascéndens.

Hymnus

IV

I

Esu nostra redempti-o, Amor et de-si-dé-ri-um, De-us Cre-á-tor ómni-um, Homo in fi-ne témpo-rum.

Quæ te vi-cit clemé-nti-a, Ut ferres nostra crí-mi-na, Crudé-lem mortem pá-ti-ens, Ut nos a morte tól-le-res!

Infér-ni claustra pé-netrans, Tu-os captí-vos réd-imens, Victor tri-úm-pho nó-bi-li Ad dextram Patris ré-si-dens:

Ipsa te co-gat pí-e-tas, Ut ma-la nostra súper-es Parcé-ndo, et vo-ti cómpot-es Nos tu-o vultu sá-ti-es.

Tu es-to nostrum gáudi-um, Qui es fu-tú-rus præ-mi-um: Sit nostra in te gló-ri-a Per cuncta semper sæ-cu-la. A-men.

Versus.


Ps. 46, 6

∇. Ascéndit De-us in iubi-la-ti-ó-ne, al-le-lú-ia.


Ɀ. Et Dóminus in vo-ce tubæ, al-le-lú-ia.

VI F

P




A-ter, * ma-ni-festá-vi nomen tu-um homí-ni-bus quos de-dísti mi- hi: nunc autem pro e-is ro-go, non pro



mundo, qui-a ad te va-do, alle-lú-ia.

Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exsultá-vit spí-ri-tus me-us * in De-o, sa-lu-tá-ri me- - o.

Quia respéxit humilitátem ancíllæ suæ: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie in progénies * tíméntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros, * Abraham, et sémini eius in sæcula.


Glória Patri et Fílio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.




A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. Concéde, quæsumus, omnípot-ens De-us: † ut, qui hodi-érna di-e Uni-géni-tum tu-um, Redemptó-rem



nostrum, ad cæ-los ascendísse cré-dimus; * ipsi quoque mente in cæ-léstibus ha-bi-témus. Per e-úmdem Dóminum



nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B




e-ne-di-cámus Dó-

mi-no. ℞. De- o grá-


ti- as.

Ad Completorium.

Lector petit benedictionem, dicens:

I 
Ube Domne, bene-dí-ce-re.

Benedictio.

N 
Octem qui-é-tam et fi-nem perféctum * concédát nobis Dóminus omnípo-tens. *R̄.* Amen.

Lectio brevis.

1Ptr. 5, 8-9

F 
Ratres: Sóbri-i estó-te et vi-gi-lá-te: † qui-a adversá-ri-us vester di-ábo-lus, tamquam le-o rúgi-ens círcu-it,
quæ-rens quem dé-vo-ret: * cu-i re-sísti-te fortes in fi-de. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re no-bis. *R̄.* De-o grá-ti-as.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R̄. Qui fecit cælum, et terram.


Confessio.

Confiteor Deo omnipotenti, beatae Mariae semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistae, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione, verbo et opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Ioannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.


℣. Misereatur nostri omnipotens Deus, et, dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam aeternam. ℞. Amen.

℣. Indulgentiam, absolutiorem et remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. ℞. Amen.


Et facta absolute dicitur:



℣. Converte nos De-us sa-lu-ta-ris noster. ℞. Et a-verte i-ram tu-am a nobis.




DE-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. ℞. Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o,




et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sæcu-la sæcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.

Psalmus 1.



A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.

Ps. 4



Cum invo-cá-rem exaudí-vit me De-us iustí-ti-æ **me-** - æ: * in tribu-la-ti-óne di-la-tásti **mi-** - hi.

Miserére **mei**, * et exáudi oratió**nem meam**.

Fílii hóminum, úsquequo gravi **corde?** * ut quid dilígitis vanitátem et quáeritis **mendácium?**

Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **suum**, * Dóminus exáudiet me cum clamávero **ad eum**.

Irascímini, et nolíte peccáre: † quæ dicitis in córdibus **vestris**, * in cubílibus vestris **compungímini**.

Sacrificáte sacrificium iustítia, † et speráte in Dómino. * Multi dicunt: quis osténdit **nobis bona?**

Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine: * dedísti lætítiam in **corde meo**.


A fructu fruménti, vini et ólei **sui** * multiplicáti sunt.

In pace in idípsum * dórmiam et **requiéscam**.

Quóniam tu Dómine singularíter **in spe** * constituísti me.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in sácula **sæculórum**. Amen.



Qui há-bi-tat in adiu-tó-ri-o Altíssimi, * in pro-TECTI-óNE De-i cæ-li *commo-rá-bi-tur*.

Dicet Dómino: SuscÉptor meus es tu et refúgium **meum**: * Deus meus *sperábo in eum*.

Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a *verbo áspero*.

Scápulis suis obumbrábit **tibi**: * et sub pennis *eius sperábis*.

Scuto circúmdabit te véritas **eius**: * non timébis a timóre *noctúrno*.

A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in ténébris: * ab incúrsu et dæmónio *meridiáno*.

Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris **tuis**: * ad te autem non *appropinquábit*.

Verúmtamen óculis tuis considerábis: * et retributióNem peccatórum *vidébis*.

Quóniam tu es, Dómine, spes **mea**: * Altíssimum posuisti refúgium **tuum**.

Non accédet ad te **malum**: * et flagéllum non *appropinquábit tabernáculo tuo*.

Quóniam Angelis suis mandávit **de** te: * ut custódiant te in ómnibus *viis tuis*.

In mánibus portábunt te: * ne forte offéndas ad lápidem *pedem tuum*.

Super áspidem et basilíscum ambulábis: * et conculcábis leónem *et dracónem*.


Quóniam in me sperávit, liberábo **eum**: * prótegam eum quóniam cognóvit *nomen meum*.

Clamábit ad me, et ego exáudiam eum: † cum ipso sum in tribulatióNE: * erípiam eum et *glorificábo eum*.

Longitúdine diérum replébo **eum**: * et osténdam illi *salutáre meum*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.



Ecce nunc bene-dí-ci-te **Dó**minum, * omnes *servi* **Dó**mi-ni:


Qui stas in domo **Dó**mini, * in átriis domus *Dei* **no**stri.

In nóctibus extóllite manus vestras in **san**cta, * et benedícite **Dó**minum.

Benedícat te **Dó**minus ex **Sion**, * qui fecit *cælum et* **ter**ram.


Glória Patri et **Filio**, * et *Spirítui* **San**cto.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen.




A L-le-lú-ia, * alle-lú-ia, alle-lú-ia.


Hymnus.



T E lu-cis ante términum, Re-rum Cre-á-tor póscimus, Ut só-li-ta cleménti-a Sis præsul ad custódi-am.



Procul re-cédant sómni-a, Et nócti-um phantásma-ta: Hostémque nostrum cómprime, Ne pollu-ántur córpo-ra.




Gló-ri-a ti-bi **Dó**mi-ne Qui scandis super sí-de-ra Cum Pa-tre et Sancto Spí-ri-tu In sempi-térna *sæcu*-la. A-men.


Capitulum.

Ier. 14, 9

T



U autem in nobis es, Dómi-ne, † et nomen sanctum tu-um invo-cá-tum est super nos: * ne de-re-lín-quas nos,




Dómi-ne, De-us noster. *R.* De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 30, 6

VI

I




N manus tu-as, Dómi-ne, comméndo spí-ri-tum me-um: * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. In manus. *Ps.* Redemísti nos,



Dómi-ne, De-us ve-ri-tá-tis. * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. *Ps.* Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. In manus.


Versus.

Ps. 16, 8




Ps. Custódi nos Dómi-ne ut pupíl-lam ócu-li, alle-lú-ia. *R.* Sub umbra a-lá-rum tu-á-rum pró-tege nos, alle-lú-ia.

Canticum Simeonis.




Alva nos, Dómi-ne, vi-gi-lántes, custódi nos dormi-éntes: ut vi-gi-lémus cum Christo, et requi-escámus in pa-ce,



al-le-lú-ia.

Lc. 2, 29-32



Nunc dimíttis servum tu- - um, Dómi-ne, * secúndum verbum tu-um in pa- - ce:

Quia vidérunt óculi mei * salutáre tuum,

Quod parásti * ante fáciem ómnium populórum,


Lumen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plebis tuæ Israel.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen. *A.*

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaníæ.



Y-ri-e e-lé-i-son. *R.* Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


Pater noster.




℣. Dómi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Oratio.


O




-rémus. Ví-si-ta, quásumus, Dómi-ne, ha-bi-ta-ti-ónem istam, et omnes insí-di-as i-nimí-ci ab e-a longe repélle: †



Ange-li tu-i sancti há-bi-tent in e-a, qui nos in pa-ce custódi-ant: * et bene-dícti-o tu-a sit super nos semper. Per




Dóminum nostrum Ie-sum Christum, Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us, *



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

℣. Dómine, exáudi orati-ónem meam. ℞. Et clamor meus ad te véniat.




℣. Bene-di-cámus Dómino. ℞. De-o grá-ti-as.

Benedictio.

Benedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus, † Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. ℞. Amen.


Antiphona finalis B. M. V.

V
R Egína cæ-li * læ-tá-re, alle-lú-ia: Qui-a quem me-ru-ísti portá-re, alle-lú-ia: Re-surréx-it, si-cut dix-it, alle-lú-ia:




Ora pro nobis De-um, alle-lú-ia.

♯. Gaude et læ-tá-re Virgo Ma-rí-a, alle-lú-ia. **R**. Qui-a surré-xit Dóminus ve-re, alle-lú-ia.



Ad Matutinum.

D



Omi-ne, lá-bi-a me-a apé-ri-es. **R.** Et os me-um annunti-á-bit laudem tu-am.


Invitatorium.

Cantor; Psalmus 94; H261


V
A




L-le-lú- ia, Christum Dóminum ascendéntem in cœ- lum, * Ve-ní-te, ado-rémus, al-le- lú- ia. † Al-le-




lú- ia. **V.** Vení-te, exsultémus Dómino, iubi-lémus De-o, sa-lu-tá-ri nostro. Præ-occupémus fá-ci-em e-ius in confes-




si-ó-ne, et in psalmis iubi- lémus e- i. † Al-le-lú- ia. **V.** Quóni-am De-us magnus Dóminus, et rex magnus




super omnes de-os. Quóni-am non repéllit Dóminus plebem su-am, qui-a in manu e-ius sunt omnes fi-nes terræ, et alti-




tú-di-nes mónti-um i- pse cónspi- cit. * Ve-ní-te. **V.** Quóni-am ipsí-us est ma-re, et ipse fe-cit illud, et á-ri-dam




funda-vé-runt manus e-ius. Vení-te, ado-rémus, et pro-ci-dámus ante De-um, plo-rémus co-ram Dómino, qui fe-cit nos,




qui-a ipse est Dóminus, De-us noster, nos autem pópu-lus e-ius, et o-ves pá-scu-æ e- ius. † Al-le-lú- ia. *∩* Hó-



di-e, si vo-cem e-ius audi-é-ri-tis: «No-lí-te obdu-rá-re corda vestra, si-cut in exa-cerba-ti-óne secúndum di-em tenta-ti-




ónis in de-sérto: ubi tenta-vé-runt me patres vestri: proba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe-ra me- a. * Ve-ní-te. *∩* Qua-



dra-gínta annis pró-ximus fu-i gene-ra-ti-óni hu-ic, et di-xi: Semper hi errant corde. Ipsi ve-ro non cogno-vé-runt vi-as



me-as: quibus iu-rá-vi in i-ra me-a: Si intro-íbunt in ré-qui-em me- am.» † Al-le-lú- ia. *∩* Gló-ri-a Patri, et




Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sá-cu-la sá-cu- ló-rum. A- men. *



Ve-ní-te. † Al-le-lú- ia, Christum Dóminum ascendéntem in cœ- lum, * Ve-ní-te, ado-rémus, al-le- lú- ia.


IV

Æ



-tér-ne Rex altís-sime, Redémptor et fi-dé-li-um, Cui mors pe-rémpta dé-tu-lit Summæ tri-úmphum gló-ri-æ:




Ascén-dis orbes sí-de-rum, Quo te vo-cá-bat cæ-li-tus Collá-ta, non humáni-tus, Re-rum po-téstas ómni-um:




Ut tri-na re-rum má-china, Cæ-lésti-um, terréstri-um, Et infé-ró-rum cón-di-ta, Flectat ge-nu iam súb-di-ta.



Tremunt vi-déntes Ange-li Versam vi-cem mortá-li-um: Peccat ca-ro, mundat ca-ro, Regnat De-us De-i ca-ro.




Sis i-pse nostrum gáu-di-um, Manens o-lýmpo præmi-um, Mundi re-gis qui fá-bri-cam, Mundána vincens gáu-di-a.



Hinc te pre-cántes quæ-sumus, Ignósce culpis ómni-bus, Et corda sursum súble-va Ad te su-pérna grá-ti-a.



Ut, cum re-pén-te cœ-pe-ris Cla-ré-re nu-be iú-di-cis, Pœnas re-pél-las dé-bi-tas, Reddas co-ró-nas pér-di-tas.



Ie-su, ti-bi sit gló-ri-a, Qui victor in cæ-lum re-dis, Cum Patre, et almo Spí-ri-tu, In sempi-térna sá-cu-la. A-men.

In I. Nocturno

Psalmus 1.

Ps. 8, 2; H262


IV A*

E



-Le-vá-ta est * magni-fi-cénti-a tu-a super cœlos, De-us, alle-lú-ia.

Ps. 8



Dómi-ne Dóminus nos- - ter, * quam admi-rá-bi-le est nomen tu-um in uni-vér-sa ter- - ra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cœlos.

Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimícos tuos, * ut déstruas inimícum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum: * lunam et stellas, quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod memor es eius? * aut filius hóminis, quóniam visitas eum?

Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coronásti eum: * et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Omnia subiecísti sub pédibus eius, † oves et boves univér-sas: * insuper et pécora campi.

Vólucres cæli, et pisces maris, * qui perámbulant sémitas maris.


Dómine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univér-sa terra!

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.


VIII c

D



Ominus in templo * sancto su-o, Dóminus in caelo, alle-lú-ia.

Ps. 10



In Dómino confi- - do: † quómo- do dí- ci- tis ánimæ me- - æ: * Tránsmigra in montem *sic-ut* pas- - ser?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, † paravérunt sagíttas suas in **pháretra**, * ut sagíttent in obscúro *rectos corde*.

Quóniam quæ perfecísti, destruxérunt: * *iustus autem quid fecit?*

Dóminus in templo sancto suo, * Dóminus in caelo *sedes eius*.

Oculi eius in páuperem respíciunt: * pálpebræ eius intérrrogant *filios hóminum*.

Dóminus intérrogat iustum et **ímpium**: * qui autem díligit iniquitátem, odit *ánimam suam*.

Pluet super peccatóres **láqueos**: * ignis, et sulphur, et spíritus procellárum pars cálicis *eórum*.


Quóniam iustus Dóminus et iustítias díléxit: * *æquitátem vidit vultus eius*.

Glória Patri et **Fílio**, * et Spíritui **Sancto**.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sácula sæculórum*. Amen. *A.*


IV A*

A



Summo caelo * egressio eius, et occursus eius alleluia.

Ps. 18



Caeli enarrant gloriam Dei, et opera manu-um eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiuntur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum: et in fines orbis terrae verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currendam viam, a summo caelo egressio eius:

Et occursus eius usque ad summum eius: nec est qui se abscondat a calore eius.

Lex Domini immaculata, convertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam prestans parvulis.

Iustitiae Domini rectae, laetificantes corda: praecipitum Domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens in saeculum saeculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.

Desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum: et dulciora super mel et favum.

Etenim servus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: et ab alienis parce servo tuo.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

∩. Ascéndit Deus in iubilióne, allelúia. R̄. Et Dóminus in voce tubæ, allelúia.

Pater noster.

Absolutio.

E

-Xáudi, Dómi-ne Ie-su Christe, pre-ces servó-rum tu-ó-rum, † et mi-se-ré-re nobis: * qui cum Patre et Spí-ri-tu

Sancto vi-vis et regnas in sácu-la sæcu-ló-rum. R̄. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Bene-dicti-óne perpé-tu-a * bene-dí-cat nos Pa-ter æ-térnus. **R̃.** Amen.

Lectio I.

Ac. 1, 1-5

Incipit liber Actuum Apostolorum.

Primum quidem sermónem feci de ómnibus, o Theóphile, quæ cœpit Iesus fácere, et docére, usque in diem, qua præcípiens Apóstolis per Spíritum Sanctum, quos elégit, assúptus est: quibus et præbuit seípsum vivum post passióem suam in multis arguméntis, per dies quadraginta appárens eis, et loquens de regno Dei. Et convéscens, præcépit eis ab Ierosólymis ne discéderent, sed exspectárent promissióem Patris, quam audístis (inquit) per os meum: quia Ioáannes quidem baptizávit aqua, vos autem baptizabímmini Spíritu Sancto non post multos hos dies.

Ps̃. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 1.

R. Ac. 1, 3.9; *V.* ibid. 1, 4; H262

III transp.

P


Ost pas-si-ónem su-am * per di-es quadra-gínta appá-rens e-is, loquens de regno De-i, al-le-

lú-ia: † Et vi-déntibus il-lis, e-le-vá-tus est, alle-lú-ia: et nu-bes suscé-pit e-is ab

ócu-lis e-ó-rum, al-le-lú-ia. *V.* Et convé-scens, præcé-pit e-is ab Ie-ro-so-lým-ís ne discé-de-rent,

sed expectá-rent promissi-ónem Pa-tris. † Et.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Uni-géni-tus De-i Fí-li-us * nos bene-dí-ce-re et adiuvá-re digné-tur. **R̄**. Amen.

Lectio II.

Ac. 1, 6-9

Igitur qui convénerant, interrogábant eum, dicéntes: Dómine, si in témpore hoc restítues regnum Israël? Dixit autem eis: Non est vestrum nosse témpora vel moménta, quæ Pater pósuit in sua potestáte: sed accipiétis virtútem superveniéntis Spíritus Sancti in vos, et éritis mihi testes in Ierúsalem, et in omni Iudæa, et Samaría, et usque ad últimum terræ. Et cum hæc dixisset, vidéntibus illis, elevátus est: et nubes suscepit eum ab óculis eórum.

Ψ. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄**. Deo grátias.

Responsorium 2.


R. Cantor; *V.* Ps. 18, 7; H262

II

O



Mnis pulchri-túdo * Dómi- ni exaltá- ta est su- per sí-de- ra: spé-ci- es e- ius




in núbi-bus coe- li, † Et no- men e- ius in æ-tér-num pérma- net, al-le- lú- ia. *V.*



A sum-mo cœlo egréssi-o e- ius, et occúrsus e-ius usque ad summum e- ius. † Et.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Spí-ri-tus Sancti grá-ti-a * illúmi-net sensus et corda nostra. **R̃.** Amen.

Lectio III.

Ac. 1, 10-14

Cumque intueréntur in cælum eúntem illum, ecce duo viri astitérunt iuxta illos in véstibus albis, qui et dixérunt: Viri Galiláei, quid statis aspiciéntes in cælum? Hic Iesus qui assúptus est a vobis in cælum, sic véniet, quemádmódum vidístis eum eúntem in cælum. Tunc revérsi sunt Ierosólymam a monte, qui vocátur Olivéti, qui est iuxta Ierúsalem, sábbati habens iter. Et cum introíssent in coenáculum, ascendérunt ubi manébant Petrus et Ioáannes, Iacóbus et Andréas, Philíppus et Thomas, Bartholomæus et Matthæus, Iacóbus Alphæi et Simon Zelótes, et Iudas Iacóbi. Hi omnes erant perseverántes unánimiter in oratióne cum muliéribus, et María Matre Iesu, et frátribus eius.

Ps̃. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̃.** Deo grátias.

Responsorium 3.

R. Ps. 20, 14; *V.* Ps. 8, 2; H262

VII


E



-Xal-tá-re, * Dó-mi-ne, alle-lú-ia, † In virtú-te tu-a, al-le-lú-ia. *V.*



E-le-vá-ta est magni-fi-cénti-a tu-a super cœ-los, De-us. † In. *V.* Gló-ri-a Pátri et Fi-li-o



et Spi-rí-tu-i San-cto. † In.

In II. Nocturno

Psalmus 4.

Ps. 20, 14; H262

IV A*

E

X-altá-re, Dómi-ne, * In virtú-te tu-a: cantá-bimus et psallémus, alle-lú-ia.

Ps. 20

Dómi-ne in virtú-te tu-a læ-tá-bi-tur rex: * et super sa-lu-tá-re tu-um exsultá-bit ve-hemén- - ter.

Desidérium cordis eius tribuísti ei: * et voluntáte labiórum eius non fraudásti eum.

Quóniam prevænísti eum in benedictiónibus dulcédinis: * posuísti in cápite eius corónam de lápide pretiósó.

Vitam pétiit a te: * et tribuísti ei longitúdinem diérum in sáeculum, et in sáeculum sáeculi.

Magna est glória eius in salutári tuo: * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sáeculum sáeculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis: * dextera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui: † Dóminus in ira sua conturbábit eos, * et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala: * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua: * cantábimus et psallémus virtútes tuas.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sáculórum. Amen. A.

VIII G

E

X-altábo te, Dómi-ne, * quóni-am susce-písti me, alle-lú-ia.

Ps. 29

Exaltábo te, Dómi-ne, quóni-am susce-písti me: * nec de-lectásti in-imí-cos *me-os* super me.
Dómine, Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.

Dómine, eduxísti ab inférno ánimam **meam**: * salvásti me a descendéntibus in lacum.

Psállite Dómino, sancti eius: * et confitémini memóriæ sanctitátis eius.

Quóniam ira in indignatióne eius: * et vita in voluntáte eius.

Ad vésperum demorábitur fletus: * et ad matutínium lætítia.

Ego autem dixi in abundántia **mea**: * Non movébor in ætérnum.

Dómine, in voluntáte **tua**, * præstitísti decóri meo *virtútem*.

Avertísti fáciem tuam a me, * et factus sum *conturbátus*.

Ad te, Dómine, clamábo: * et ad Deum meum *deprecábor*.

Quæ utilitas in sángvine **meo**, * dum descéndo in *corruptiÓNem*?

Numquid confitébitur tibi **pulvis**, * aut annuntiábit *veritátem tuam*?

Audívit Dóminus, et misértus est **mei**: * Dóminus factus est *adiútor meus*.

Convertísti planctum meum in gáudium mihi: † conscidísti saccum **meum**, * et circumdedísti *me lætítia*:

Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar: * Dómine, Deus meus, in ætérnum *confitébor tibi*.

Glória Patri et **Fílio**, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc et **semper**, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


IV A*

A



S-céndit De-us * in iubi-la-ti-óne, et Dóminus in vo-ce tu-bæ, alle-lú-ia.

Ps. 46



Omnes Gentes, pláudi-te mánibus: * iubi-lá-te De-o in vo-ce exsulta-ti-ó- - nis.

Quóniam Dóminus excélsus, terríbilis; * Rex magnus super omnem terram.

Subiécit pópulos nobis, * et Gentes sub pédibus nostris.

Elégit nobis hereditátem suam: * spéciem Iacob, quam diléxit.

Ascéndit Deus in iúbilo, * et Dóminus in voce tubæ.

Psállite Deo nostro, psállite, * psállite Regi nostro, psállite.

Quóniam Rex omnis terræ Deus, * psállite sapiénter.

Regnábit Deus super Gentes, * Deus sedet super sedem sanctam suam.

Príncipes populórum congregáti sunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ veheménter eleváti sunt.


Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

℣. Ascéndens Christus in altum, allelúia. ℞. Captívam duxit captivitátem, allelúia.

Pater noster.


Absolutio.



I P-sí-us pí-e-tas et mi-se-ri-córdi-a nos ádiu-^{*}vet, qui cum Patre et Spí-ri-tu Sancto vi-vit et regnat in sá-cu-la

sæcu-ló-rum. ℞. Amen.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. De-us Pa-ter omní-po-tens * sit nobis propí-ti-us et clemens. **R̄.** Amen.

Lectio IV.

Sermone 1 de Ascensione Domini

Sermo sancti Leónis Papæ.

Post beátam et gloriósam resurrectionem Dómini nostri Iesu Christi, qua verum Dei templum, Iudáica impietáte resolutum, divína in trídúo poténtia suscitávit, quadragenárius hódie, dilectíssimi, sanctórum diérum explétus est númerus, sacratíssima ordinatióne dispóitus, et ad utilitátem nostræ eruditiónis impénsus: ut, dum a Dómino in hoc spátio mora præsentíæ corporális exténditur, fides resurrectionis documéntis necessariis munirétur. Mors enim Christi multum discipulórum corda turbáverat: et de supplício crucis, de emissióne spíritus, de exanimáti córporis sepultúra gravátis moestitudíne méntibus, quidam diffidéntiæ torpor obrépserat.

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄.** Deo grátias.

Responsorium 4.

R. Tob. 12, 20 & Io. 14, 27; *Ps.* Io. 16, 7; H263

IV

T

Empus est, * ut re-vértar ad e- um, qui mi- sit me, di- cit Dómi- nus: no- lí- te
con- tristá- ri, nec turbé- tur cor ve- strum: † Rogo pro vobis Pa- trem, ut ille vos custódi- at, alle- lú- ia,
alle- lú- ia. *Ps.* Ni- si ego a- bí- e- ro, Pa- rá- cli- tus non véni- et: cum assúptus fú- e- ro, mittam
vobis e- um. † Rogo.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Christus perpé-tu-æ * det nobis gáudi-a vi-tæ. **℞.** Amen.

Lectio V.

Unde beatissimi Apóstoli, omnésque discípuli, qui et de éxitu crucis fúerant trépidi, et de fide resurrectionis ambígui, ita sunt veritate perspícua roboráti, ut, Dómino in cælórum eúnte sublímia, non solum nulla afficeréntur tristítia, sed étiam magno gáudio repleréntur. Et revéra magna et ineffábilis erat causa gaudéndi, cum in conspéctu sanctæ multitudinis super ómnium creaturárum cælestium dignitatem humáni géneris natúra conscénderet, supergressúra Angélicos órdenes, et ultra Archangelórum altitúdines elevánda: nec ullis sublimitátibus modum suæ provectionis habitúra, nisi ætérni Patris recépta conséssu, illíus glóriæ sociarétur in throno, cuius natúræ copulabátur in Fílio.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 5.

R. Cantor super Ioannem; *V.* Io. 14, 16; H263

III
Non conturbé-tur * cor ve-strum: e-go vado ad Pa-trem; et dum assúptus fú-e-ro a
vo-bis, mittam vobis, alle-lú-ia, † Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis, et gau-dé-bit cor vestrum,
alle-lú-ia, *V.* E-go ro-gábo Pa-trem, et á-li-um Pa-rá-cli-tum da-bit vo-bis. † Spí-ri-tum.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ignem su-i amó-ris * accéndat De-us in córdibus nostris. **℞.** Amen.

Lectio VI.

Quia ígitur Christi ascénsio, nostra provéctio est; et quo præcéssit glória cápitis, eo spes vocátur et córporis: dignis, dilectíssimi, exultémus gáudiis, et pia gratiárum actióne lætémur. Hódie enim non solum paradísi possessóres firmáti sumus, sed étiam cælórum in Christo supérna penetrávimus: amplióra adépti per ineffábilem Christi grátiam, quam per diabóli amiserámus invidiam. Nam quos viruléntus inimícus primi habitáculi felicitáte deiécit, eos sibi concorporátos Dei Fílius ad déxteram Patris collocávit: cum quo vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sǎcula sǎculórum. Amen.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 6.

R. Eph. 4, 8; *V.* Ps. 46, 6; H263

IV

A S-cén-dens * in al-tum, al-le-lú-ia, captí-vam du-xit cap-ti-vi-tá-tem, † De-dit do-na
homí-ni-bus, al-le-lú-ia, al-le-lú-ia. *V.* Ascéndit De-us in iu-bi-la-ti-ó-ne, et Dóminus in
vo-ce tu-bæ. † De-dit. *V.* Gló-ri-a Pa-tri, et Fí-li-o, * et Spi-rí-tu-i San-cto. † De-dit.

In III. Nocturno

Psalmus 7.

Ps. 96, 9; H263

VI F

N

Imis exaltá-tus est, * alle-lú-ia: super omnes cœlos, al-le-lú-ia.

Ps. 96

Dóminus regná-vit, exsúltet ter- - ra, * læ-téntur însu-læ mul- - tæ.

Nubes, et caligo in circúitu eius, * iustítia, et iudícium corréctio *sedis* eius.

Ignis ante ipsum *præcédet*, * et inflammábit in circúitu inimícos eius.

Illuxérunt fúlgura eius orbi *terræ*, * vidit, et commóta est *terra*.

Montes sicut cera fluxérunt a fácie *Dómini*, * a fácie *Dómini omnis terra*.

Annuntiavérunt cæli iustítiam eius, * et vidérunt omnes pópuli glóriam eius.

Confundántur omnes, qui adórant *sculptília*; * et qui gloriántur in simulácris *suis*.

Adoráte eum omnes *Angeli* eius, * audívit, et lætáta est *Sion*.

Et exsultavérunt filiæ *Iudæ* * propter iudícia *tua*, *Dómine*.

Quóniam tu Dóminus altíssimus super omnem *terram* * nimis exaltátus es super *omnes deos*.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum, † custódit Dóminus ánimas sanctórum *suórum*; * de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta est *iusto*, * et rectis corde lætítia.


Lætámini iusti in *Dómino*, * et confitémini memóriæ sanctificatiónis eius.

Glória Patri et *Fílio*, * et *Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípio, et nunc et *semper*, * et in *sæcula sæculórum*. Amen. *A.*


VI F

D



Ominus in Si-on, * alle-lú-ia: magnus et excélsus, al-le-lú-ia.

Ps. 98



Dóminus regná-vit, i-rascántur pópuli: * qui sedet super Ché-rubim, mo-ve-á-tur ter- - ra.

Dóminus in Sion magnus: * et excélsus super omnes pópulos.

Confiteántur nómini tuo magno: † quóniam terríbile, et sanctum est: * et honor regis iudícium díligit.

Tu parásti directiões: * iudícium et iustítiam in Iacob tu fecísti.

Exaltáte Dóminum, Deum nostrum, † et adoráte scabéllum pedum eius: * quóniam sanctum est.

Móyses et Aaron in sacerdotibus eius: * et Sámuel inter eos, qui invocant nomen eius:

Invocábant Dóminum, et ipse exaudiébat eos: * in colúmna nubis loquebátur ad eos.

Custodiébant testimónia eius, * et præcéptum quod dedit illis.

Dómine, Deus noster, tu exaudiébas eos: † Deus, tu propítius fuísti eis, * et ulciscens in omnes adinventiões eórum.


Exaltáte Dóminum, Deum nostrum, † et adoráte in monte sancto eius: * quóniam sanctus Dóminus, Deus noster.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*


VI F

D



Ominus in caelo, * alle-lú-ia: pa-rá-vit sedem su-am, al-le-lú-ia.

Ps. 102



Béne-dic, ánima me-a, Dómino: * et ómni-a, quæ intra me sunt, nómi-ni *sancto* e- - ius.

Bénedic, ánima mea, Dómino: * et noli oblivísci omnes retributiónes eius.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis: * qui sanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam: * qui coronat te in misericórdia et miseratiónebus.

Qui replet in bonis desidérium tuum: * renovábitur ut áquilæ iuventus tua:

Fáciens misericórdias Dóminus: * et iudícium ómnibus iniúriam *patiéntibus*.

Notas fecit vias suas Móysi, * filiis Israël voluntátes suas.

Miserátor, et miséricors Dóminus: * longánimis, et multum miséricors.

Non in perpétuum irascétur: * neque in ætérnum *comminábitur*.

Non secúndum peccáta nostra fecit nobis: * neque secúndum iniquitátes nostras retribuit nobis.

Quóniam secúndum altitúdinem cæli a terra: * corroborávit misericórdiam suam *super timéntes* se.

Quantum distat ortus ab occidénte: * longe fecit a nobis iniquitátes nostras.

Quómo modo miserétur pater filiórum, † misértus est Dóminus timéntibus se: * quóniam ipse cognóvit *figméntum nostrum*.

Recordátus est quóniam pulvis sumus: * homo, sicut fænum dies eius, tamquam flos agri sic *efflorébit*.

Quóniam spíritus pertransíbit in illo, et non *subsístet*: * et non cognóscet ámplius *locum suum*.

Misericórdia autem Dómini ab *ætérno*, * et usque in ætérnum *super timéntes eum*.

Et iustítia illíus in filios *filiórum*, * his qui servant *testaméntum eius*:

Et mémores sunt mandatórum *ipsíus*, * ad faciéndum ea.

Dóminus in cælo parávit *sedem suam*: * et regnum ipsíus ómnibus *dominábitur*.

Benedícite Dómino, omnes Angeli *eius*: † poténtes virtúte, faciéntes verbum *illíus*, * ad audiéndam vocem *sermónum eius*.

Benedícite Dómino, omnes virtútes *eius*: * ministri eius, qui fácit *voluntátem eius*.

Benedícite Dómino, ómnia ópera *eius*: † in omni loco *dominatiónis eius*, * bénedic, *ánima mea*, **Dómino**.

Glória Patri *et Fílio*, * *et Spirítui Sancto*.

Sicut erat in princípío, et nunc *et semper*, * et in *sácula sæculórum*. Amen.

Dominus in cælo, * alle-lú-ia: pa-rá-vit sedem su-am, al-le-lú-ia.

℣. Ascéndo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, allelúia. ℞. Deum meum, et Deum vestrum, allelúia.

Pater noster.

Absolutio.

A



Víncu-lis pecca-tó-rum nostró-rum * absólvat nos omnípo-tens et mi-sé-ri-cors Dóminus. ℞. Amen.

Benedictio.

Iube Domne bene-dí-ce-re. Evangé-li-ca lécti-o * sit nobis sa-lus et pro-técti-o. **℞.** Amen.

Lectio VII.

Mc. 16, 14-20

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

In illo témpore: Recumbéntibus úndecim discípulis, appáruit illis Iesus: et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis, quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et réliqua.

Homilia 29 in Evangelia

Homília sancti Gregórii Papæ.

Quod resurrectionem Domínicam discípuli tarde credidérunt, non tam illórum infirmitas, quam nostra, ut ita dicam, futúra firmitas fuit. Ipsa namque resurréctio illis dubitántibus per multa arguménta monstráta est: quæ dum nos legéntes agnóscimus, quid áliud quam de illórum dubitatióne solidámur? Minus enim mihi María Magdaléne præstitit, quæ cítius crédidit, quam Thomas, qui diu dubitávit. Ille étenim dubitándo, vúlnerum cicatríces tétigit, et de nostro pectore dubitatiónis vulnus amputávit.

℣. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

Responsorium 7.

R. Io. 14, 16.17; *Ψ.* ibid. 16, 7; *Sar.*275

III


E

- go * rogábo Pa-trem, et á-li-um Pa-rá-cli-tum da-bit vo-bis, † Ut má-ne-at vo-bíscum in

æ-tér-num, Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis, al-le-lú-ia. *Ψ.* Si e-nim non a-bí-e-ro Pa-rá-cli-tus

non vé-ni-et ad vos: si autem a-bí-e-ro, mittam e-um ad vos. † Ut.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Di-vinum auxí-li-um * máne-at semper nobíscum. **R̄**. Amen.

Lectio VIII.

Ad insinuándam quoque veritátem Domínicæ resurrectiόνis, notándum nobis est quid Lucas réferat, dicens: Convéscens, præcépit eis ab Ierosólymis ne discéderent. Et post pauca: Vidéntibus illis, elevátus est, et nubes suscepit eum ab óculis eórum. Notáte verba, signáte mystéria. Convéscens elevátus est. Comédit, et ascéndit: ut vidélicet per efféctum comestiόνis, véritas patésceret carnis. Marcus vero, priúsqvam cælum Dóminus ascéndat, eum de cordis atque infidelitátis durítia increpásse discípulos mémorat. Qua in re quid considerándum est, nisi quod idcírco Dóminus tunc discípulos increpávit, cum eos corporáliter relíquit, ut verba, quæ recédens díceret, in corde audiéntium árctius impréssa remanérent?

Ps̄. Tu autem, Dómine, miserére nobis. **R̄**. Deo grátias.

Responsorium 8.

R. Ps. 103, 3; *V.* Ps. 103, 1.2; H264

II


P

Onit nu- bem * ascén-sum suum Dómi- nus: † Qui ámbu- lat super pen- nas ven- tó- rum,

al-le- lú- ia. *V.* Confessi-ó- nem et de-có-rem indu-í- sti, amíctus lumen si-cut vesti- mén- tum. † Qui. *V.*

Gló- ri-a Pa-tri. et Fí-li- o, et Spi-rí- tu-i San-cto. † Qui.

Benedictio.



Iube Domne bene-dí-ce-re. Ad so-ci-e-tá-tem cí-vi-um supernó-rum * perdúcat nos Rex Ange-ló-rum. **℞.** Amen.

Lectio IX.

Increpáta ígitur eórum durítia, quid admonéndo dicat, audiámus: Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Numquid, fratres mei, sanctum Evangélium vel insensátis rebus, vel brutis animálibus fúerat prædicándum, ut de eo discíplis dicátur: Prædicáte omni creatúræ? Sed omnis creatúræ nómine signátur homo. Omnis autem creatúræ áliiquid habet homo. Habet namque commúne esse cum lapídibus, vívere cum arbóribus, sentíre cum animálibus, intellégere cum Angelis. Si ergo commúne habet áliiquid cum omni creatúra homo, iuxta áliiquid omnis creatúra est homo. Omni ergo creatúræ prædicátur Evangélium, cum soli hómini prædicátur. **℣.** Tu autem, Dómine, miserére nobis. **℞.** Deo grátias.

III

T

E De-um laudá-mus: * te Dóminum confi-té-mur. Te æ-térnum Patrem omnis terra vene-rá-tur.

Ti-bi omnes Ange-li, ti-bi Cæ-li et uni-vérsæ po-testá-tes: Ti-bi Ché-rubim et Sé-raphim incessá-bi-li vo-ce proclá-mant:

Sanctus: Sanctus: Sanctus Dóminus De-us Sá-ba-oth. Pleni sunt cæ-li et terra ma-iestá-tis gló-ri-æ tu-æ.

Te glo-ri-ósus Aposto-ló-rum cho-rus: Te Prophe-tá-rum laudá-bi-lis nú-me-rus: Te Mártyr-um candi-dá-tus

laudat ex-érci-tus. Te per orbem terrá-rum sancta confi-té-tur Ecclé-si-a: Pa-trem imménsæ ma-iestá-tis:

Vene-rándum tu-um ve-rum, et úni-cum Fí-li-um: Sanctum quoque Pa-rácli-tum Spí-ri-tum. Tu Rex gló-ri-æ, Christe.

Tu Patris sempi-térnus es Fí-li-us. Tu ad li-be-rándum susceptúrus hó-mi-nem, non ho-ru-ísti Vírgi-nis ú-te-rum.

Tu de-vícto mortis acú-le-o, ape-ru-ísti credéntibus regna cæ-ló-rum. Tu ad dèxte-ram De-i se-des, in gló-ri-a Patris.

Genua nunc flectantur omnia.

Iudex cré-de-ris es-se ventú-rus. TE ERGO QUÆSUMUS, TU-IS FÁMULIS SÚBVE-NI, QUOS PRE-TI-ÓSO SÁNGUI-NE REDEMÍSTI.

Æ-térna fac cum Sanctis tu-is in gló-ri-a nume-rá-ri. Salvum fac pópu-lum tu-um Dómi-ne, et béne-dic
he-re-di-tá-ti tu-æ. Et re-ge e-os, et extól-le illos usque in æ-tér-num. Per síngu-los di-es, be-ne-dí-cimus te.
Et laudá-mus nomen tu-um in sǎ-cu-lum, et in sǎ-cu-lum sǎ-cu-li. Digná-re Dómi-ne di-e i-sto si-ne peccá-to
nos custodí-re. Mi-se-ré-re nostri Dó-mi-ne, mi-se-ré-re nostri. Fi-at mi-se-ri-córdi-a tu-a Dómi-ne su-per nos,
quemádmodum spe-rá-vimus in te. In te Dómi-ne spe-rá-vi: non confúndar in æ-tér-num.

Reliqua omittuntur, nisi Laudes separandæ sint.

Oratio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Orémus:

Concéde, quæsumus, omnipotens Deus: † ut, qui hodiérna die Unigénitum tuum, Redemptórem nostrum, ad cælos ascendísse crédimus;

* ipsi quoque mente in cælestibus habitémus. Per eúmdem Dóminum.

℞. Amen.

Conclusio

℣. Dómine, exáudi oratióem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

℣. Benedicámus Dómino, allelúia, allelúia.


℞. Deo grátias, allelúia, allelúia.

℣. Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiéscant in pace.

℞. Amen.

Ad Laudes.


D E-US, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festína. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto: Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.




Psalmus 1.

Ac. 1, 11; H265

V VII a IRI Ga-li-lá- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Ie-sus, qui assúptus est a vobis in cæ-lum, sic vé-ni-et, alle-lú-ia.



Psalmus 92.



Dóminus regná-vit, decó-rem indú-tus est: * indú-tus est Dóminus forti-túdi-nem, et præ-cínxit se.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta sedes tua ex tunc: * a sǎculo tu es.

Elevavérunt flúmina Dómine: * elevavérunt flúmina vocem suam.

Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vó-cibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * mirábilis in altis Dóminus.

Testimónia tua credibília facta sunt nimis: * domum tuam decet sanctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sǎcula sǎculórum. Amen.

V IRI Ga-li-læ- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Ie-sus, qui assúptus est a vobis in cæ-lum,

sic vé-ni-et, alle-lú-ia.


Psalmus 2.

Ac. 1, 10; H265

VIII G² 

C Umque * intu-e-réntur in cæ-lum e-úntem illum, di-xé-runt, alle-lú-ia.

Psalmus 99.



Iubi-lá-te De-o omnis ter- - ra: * serví-te Dómino in læ-tí-ti-a.

Introíte in conspéctu eius, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus: * ipse fecit nos, *et non ipsi* nos.

Pópulus eius, et oves páscuæ eius: † introíte portas eius in confessióne, * átria eius in hymnis: confitémini illi.

Laudáte nomen eius: quóniam suávis est Dóminus, † in ætérnum misericórdia eius, * et usque in generatióne et generatióne *véritas* eius.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípio, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. *A.*


Psalmus 3.

Lc. 24, 50.51; H265

IV A* 

-le-vá-tis mánibus, * bene-dí-xit e-is: et fe-rebá-tur in cæ-lum, alle-lú-ia.

Psalmus 62.



De-us *De-us* me- - us * ad te *de lu-ce* ví-gi-lo.

Sitívit in te *ánima mea*, * quam múltipliciter tibi *caro mea*.

In terra desérta et ínvia et inaquósa: † sic in sancto appáruí tibi, * ut vidérem virtútem tuam et *glóriam tuam*.

Quóniam mélior est misericórdia tua *super vitas*: * lábia *mea laudábunt* te.

Sic benedícam te in *vita mea*: * et in nómine tuo levábo *manus meas*.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur *ánima mea*: * et lábiis exsultatiónis *laudábit os meum*.

Si memor fui tui *super stratum meum*, † in matutínis meditábor in te: * quia fuísti *adiútor meus*.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhásit *ánima mea post te*: * me suscepit *déxtera tua*.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt *ánimam meam*, † introíbunt in *inferióra terræ*: * tradéntur in manus gládii, partes *vúlpium* erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iurant in eo: * quia obstrúctum est os loquéntium *iníqua*.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.


Sicut erat in princípío, et *nunc et semper*, * et in sácula *sæculórum*. Amen. *A.*

VIII G² 

E

X-altá-te * Regem re-gum, et hymnum dí-ci-te De-o, alle-lú-ia.

Canticum trium puerorum, Dan. 3, 57-88 et 56



Bene-dí-ci-te ómni-a ópe-ra Dómi-ni **Dómino**: * laudá-te et super-exaltá-te e-um in **sæcu**-la.

Benedícite Angeli Dómini **Dómino**: * benedícite *cæli* **Dómino**.

Benedícite aquæ omnes quæ super cælos sunt **Dómino**: * benedícite omnes virtútes *Dómini* **Dómino**.

Benedícite sol et luna **Dómino**: * benedícite stellæ *cæli* **Dómino**.

Benedícite omnis imber et ros **Dómino**: * benedícite omnes spíritus *Dei* **Dómino**.

Benedícite ignis et æstus **Dómino**: * benedícite frigus et *æstus* **Dómino**.

Benedícite rores et pruína **Dómino**: * benedícite gelu et *frigus* **Dómino**.

Benedícite glácies et nives **Dómino**: * benedícite noctes et *dies* **Dómino**.

Benedícite lux et ténebræ **Dómino**: * benedícite fúlgura et *nubes* **Dómino**.

Benedícat terra **Dóminum**: * laudet et superexáltet eum in **sæcu**-la.

Benedícite montes et colles **Dómino**: * benedícite univérsa germinántia in *terra* **Dómino**.

Benedícite fontes **Dómino**: * benedícite mária et flúmina **Dómino**.

Benedícite cete et ómnia quæ movéntur in aquis **Dómino**: * benedícite omnes vólucres *cæli* **Dómino**.

Benedícite omnes béstiæ et pécora **Dómino**: * benedícite filii hóminum **Dómino**.

Benedícat Israel **Dóminum**: * laudet et superexáltet eum in **sæcu**-la.

Benedícite sacerdótes Dómini **Dó**mino: * benedícite servi *Dómini* **Dó**mino.


Benedícite spíritus et ánimæ iustórum **Dó**mino: * benedícite sancti et húmiles *corde* **Dó**mino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael **Dó**mino: * laudáte et superexaltáte *eum in* **sæ**cula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto **Sp**íritu: * laudémus et superexaltémus *eum in* **sæ**cula.


Benedíctus es Dómine in firmaménto **cæ**li: * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus *in* **sæ**cula.

E X-altá-te * Regem re-gum, et hymnum dí-ci-te De-o, alle-lú-ia.

VIII G 

Idénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nubes suscé-pit e-um in cæ-lo, alle-lú-ia.

Psalmus 148.



Laudá-te Dóminum de cæ- - lis: * laudá-te e-um *in excél- - sis.*

Laudáte eum omnes Angeli eius: * laudáte eum omnes *virtútes* eius.

Laudáte eum sol et luna: * laudáte eum omnes *stellæ et lumen.*

Laudáte eum cæli cælórum: * et aquæ omnes quæ super cælos sunt laudent *nomen Dómini.*

Quia ipse dixit, et **facta** sunt: * ipse mandávit, *et creáta* sunt.

Státuit ea in ætérnum et in sáeculum **sæculi**: * *præcéptum pósuit, et non præteríbit.*

Laudáte Dóminum de terra, * *dracónes et omnes abýssi.*

Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: * quæ *fáciunt verbum* eius:

Montes et omnes **colles**: * *ligna fructífera et omnes cedri.*

Béstiæ et univérsa **pécora**: * *serpéntes et vólucres pennátæ.*


Reges terræ et omnes **pópuli**: * *príncipes et omnes iúdice* terræ.

Iúvenes et vírgines: † *senes cum iunióribus laudent nomen Dómini: * quia exaltátum est nomen eius solíus.*

Conféssio eius super cælum et **terram**: * *et exaltávit cornu pópuli sui.*

Hymnus ómnibus sanctis eius: * *filiis Israel, pópulo appropinquánti sibi.*

Hic non dicitur Gloria Patri.



Cantá-te Dómino cánti-cum **no-** - vum: * laus e-ius in ecclé-si-*a* **sanctó-** - rum.

Lætétur Israel in eo qui fecit eum: * et filii Sion exsúltent in *rege suo*.

Laudent nomen eius in **choro**: * in týmpano et psaltério *psallant ei*.

Quia beneplácitum est Dómino in pópulo **suo**: * et exaltábit mansuétos *in salútem*.

Exsultábunt sancti in **glória**: * lætabúntur in cubílibus **suis**.


Exaltatiónes Dei in gútture eórum: * et gládii ancípites in *mánibus eórum*:

Ad faciéndam vindíctam in natió nibus: * increpatiónes *in pópulis*.

Ad alligá ndos reges eórum in compédibus: * et nóbiles eórum in *mánicis férreis*.

Ut fá ciant in eis iudícium conscríptum: * glória hæc est ómnibus *sanctis eius*.

Hic non dicitur Gloria Patri.



Laudá-te Dóminum in sanctis e- - ius: * laudá-te e-um in firmaménto virtú-tis e- - ius.

Laudáte eum in virtútibus eius: * laudáte eum secúndum multitudínem magnitúdinis eius.


Laudáte eum in sono tubæ: * laudáte eum in psaltério et cíthara.

Laudáte eum in týmpano et choro: * laudáte eum in chordis et órgano.

Laudáte eum in cýmbalis benesonántibus: † laudáte eum in cýmbalis iubilatiónis: * omnis spíritus *laudet* Dóminum.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen.

V 

Idénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nubes suscé-pit e-um in cæ-lo, alle-lú-ia.

Capitulum.

Ac. 1, 1-2

P

Rimum qui-dem sermónem fe-ci de ómnibus, o The-óphi-le, quæ coëpit Ie-sus fá-ce-re et do-cé-re † usque in di-em, qua

præ-cí-pi-ens Apósto-lis per Spi-ri-tum Sanctum, quos e-lé-git, * assúptus est. *℞*. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Ps. 46, 6

VI

A

-scéndit De-us in iubi-la-ti-óne, * Alle-lú-ia, alle-lú-ia. Ascéndit. *℣*. Et Dóminus in vo-ce tubæ. * Alle-lú-ia. *℣*.

Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-ri-tu-i Sancto. Ascéndit.

Hymnus

VIII

I

Esu nostra redempti-o, Amor et de-si-dé-ri-um, De-us Cre-á-tor ómni-um, Homo in fi-ne témpo-rum.

Quæ te vi-cit clemé-nti-a, Ut ferres nostra crí-mi-na, Crudé-lem mortem pá-ti-ens, Ut nos a morte tól-le-res!

Infér-ni claustra pé-netrans, Tu-os captí-vo-s réd-imens, Victor tri-úm-pho nó-bi-li Ad dex-tram Pa-tris ré-si-dens:

Ipsa te co-gat pí-e-tas, Ut ma-la nostra súper-es Parcé-ndo, et vo-ti cómpot-es Nos tu-o vultu sá-ti-es.

Tu es-to nostrum gáudi-um, Qui es fu-tú-rus præ-mi-um: Sit nostra in te gló-ri-a Per cuncta semper sæ-cu-la. A-men.

Versus.

℣. Dóminus in cæ-lo, al-le-lú-ia.

℟. Pa-rá-vit sedem su-am, al-le-lú-ia.


VII a

A



-scéndo * ad Patrem me-um, et Patrem vestrum: De- um me-um, et De-um vestrum, alle-lú-ia.

Lc. 1, 68-79



Be-ne-díctus Dóminus De- - us Isra-el, * qui-a vi-si-tá-vit, et fe-cit redempti-ónem ple- - bis su- - æ.

Et eréxit cornu salútis nobis, * in domo David púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a sáculo sunt, prophetárum eius:

Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium qui odérunt nos:

Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius:

Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius, * in remissionem peccatórum eórum:

Per víscera misericórdiæ Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:


Illumináre his qui in ténebris et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndo pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et semper, * et in sácula sæculórum. Amen. A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:

Supplicatio Litaniae.


K 
Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.

Oratio Dominica.


P 
Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,

si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,

sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D 
Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. Concéde, quæsumus, omnípot-ens De-us: † ut, qui hodi-érna di-e Uni-géni-tum tu-um, Redemptó-rem



nostrum, ad cæ-los ascendísse cré-dimus; * ipsi quoque mente in cæ-léstibus ha-bi-témus. Per e-úmdem Dóminum



nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.


Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B



e-ne-di-cámus Dó-mi-no. ℞. De-o grá-ti-as.

Ad II. Vesperas.


D E-us, in adiu-tó-ri-um me-um inténde. *R.* Dómi-ne, ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Si-cut e-rat in princí-pi-o, et nunc, et semper, et in sǎcu-la sǎcu-ló-rum. Amen. Alle-lú-ia.




Psalmus 1.

Ac. 1, 11; H265

V VII a IRI Ga-li-lá- i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Ie-sus, qui assúptus est a vobis in cæ-lum, sic vé-ni-et, alle-lú-ia.



Psalmus 109.



Di-xit Dóminus **D**ómino me- - o: * Sede a dex- - tris me- - is:

Donec ponam inimícos tuos, * scabéllum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emíttet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

Tecum princípium in die virtútis tuæ in splendóribus sanctórum: * ex útero ante lucíferum génuí te.

Iurávit Dóminus, et non pænitébit eum: * Tu es sacérdos in ætérnum secúndum órđinem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Glória Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc et semper, * et in saecula saeculorum. Amen.

V IRI Ga-li-læ-i, * quid aspí-ci-tis in cæ-lum? Hic Ie-sus, qui assúptus est a vobis in cæ-lum,
sic vé-ni-et, alle-lú-ia.


Psalmus 2.

Ac. 1, 10; H265

VIII G² 

Umque * intu-e-réntur in cæ-lum e-úntem illum, di-xé-runt, alle-lú-ia.

Psalmus 110.



Confi-tébor ti-bi Dómi-ne in to-to corde me- - o: * in consí-li-o iustó-rum, et congre-ga-ti-ó- - ne.

Magna ópera Dómini: * exquisíta in omnes voluntátes eius.

Conféssio et magnificéntia opus eius: * et iustítia eius manet in *sæculum* *sæculi*.

Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus: * escam dedit timéntibus se.

Memor erit in *sæculum* testaménti sui: * virtútem óperum suórum annuntiábit pópulo suo:

Ut det illis hæreditátem *géntium*: * ópera mánuum eius véritas *et iudícium*.

Fidélia ómnia mandáta eius: † confirmáta in *sæculum* *sæculi*: * facta in veritáte et *æquitáte*.

Redemptiónem misit pópulo suo: * mandávit in ætérnum testaméntum suum.

Sanctum et terríbile nomen eius: * inítium sapiéntiæ *timor* Dómini.

Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum: * laudátio eius manet in *sæculum* *sæculi*.

Glória Patri et Fílio, * et Spíritui Sancto.


Sicut erat in princípío, et nunc et *semper*, * et in *sæcula* *sæculórum*. Amen. *A.*

Psalmus 3.

Lc. 24, 50.51; H265

IV A*  **E**-le-vá-tis mánibus, * bene-dí-xit e-is: et fe-rebá-tur in cæ-lum, alle-lú-ia.

Psalmus 111.



Be-á-tus vir qui *timet* **Dó**minum: * in mandá-tis e-ius vo-let **ni-** - mis.

Potens in terra erit *semen* eius: * generátio rectórum *benedicétur*.

Glória et divítix in *domo* eius: * et iustítia eius manet in *sæculum* **sæ**culi.

Exórtum est in ténébris *lumen* **rectis**: * miséricors, et miserátor, et **iustus**.

Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos in *iudício*: * quia in ætérnum *non commovébitur*.

In memória æténa erit **iustus**: * ab auditióne mala *non timébit*.


Parátum cor eius speráre in Dómino † confirmátum est cor eius: * non commovébitur donec despíciat *inimícos* **suos**.

Dispérsit, dedit paupéribus: † iustítia eius manet in *sæculum* **sæ**culi: * cornu eius exaltábitur in **glória**.

Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et *tabéscet*: * desidérium peccatórum *períbit*.


Glória Patri et Fílio, * et Spíritui **S**ancto.

Sicut erat in princípío, et *nunc et* **semper**, * et in *sácula* *sæculórum*. Amen. **A.**

VIII G 

Idénti-bus il-lis * e-le-vá-tus est, et nubes suscé-pit e-um in cæ-lo, alle-lú-ia.

Psalmus 112.



Laudá-te pú-e-ri **D**óminum: * laudá-te *nomen* **D**ómi-ni.

Sit nomen **D**ómini benedíctum, * ex hoc nunc, et usque in **s**æculum.

A solis ortu usque ad occásum, * laudábile *nomen* **D**ómini.

Excélsus super omnes gentes **D**óminus, * et super cælos glória eius.

Quis sicut **D**óminus Deus noster, qui in altis **h**ábitat, * et humília réspicit in cælo *et in terra*?

Súscitans a terra **í**nopem, * et de stércore *érigens* **p**áuperem:

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus *pópuli sui*.

Qui habitáre facit stérilem in **d**omo, * matrem filiór*um* **l**etántem.

Glória Patri et **F**ílio, * et *Spirítui* **S**ancto.

Sicut erat in princíp*o*, et nunc et **s**emper, * et in *s*æcula *s*æculórum. Amen. *A.*

Capitulum.

Ac. 1, 1-2

P

Rimum qui-dem sermónem fe-ci de ómnibus, o The-óphi-le, quæ coepit Ie-sus fá-ce-re et do-cé-re † usque in di-em, qua

præ-cí-pi-ens Apósto-lis per Spí-ri-tum Sanctum, quos e-lé-git, * assúptus est. *℞*. De-o grá-ti-as.

Responsorium breve.

Cf. Ps. 67, 19

VI

A

-SCENDENS Christus in al-tum, * Alle- lú-ia, al-le- lú-ia. Ascéndens. *℣*. Captí-vam du-xit

capti-vi-tá-tem. * Alle- lú-ia, al-le- lú-ia. *℣*. Gló-ri-a Patri, et Fí-li-o, et Spi-rí-tu-i Sancto. Ascéndens.

Hymnus

IV

I

Esu nostra redempti-o, Amor et de-si-dé-ri-um, De-us Cre-á-tor ómni-um, Homo in fi-ne témpo-rum.

Quæ te vi-cit clemé-nti-a, Ut ferres nostra crí-mi-na, Crudé-lem mortem pá-ti-ens, Ut nos a morte tól-le-res!

Infér-ni claustra pé-netrans, Tu-os captí-vo-s réd-imens, Victor tri-úm-pho nó-bi-li Ad dextram Patris ré-si-dens:

Ipsa te co-gat pí-e-tas, Ut ma-la nostra súper-es Parcé-ndo, et vo-ti cómpot-es Nos tu-o vultu sá-ti-es.

Tu es-to nostrum gáudi-um, Qui es fu-tú-rus præ-mi-um: Sit nostra in te gló-ri-a Per cuncta semper sæ-cu-la. A-men.

Versus.

Ps. 46, 6

∇. Ascéndit De-us in iubi-la-ti-ó-ne, al-le-lú-ia.


Ɀ. Et Dóminus in vo-ce tubæ, al-le-lú-ia.

Canticum B. Mariæ V.


Cf. Ps. 23, 7.10; Io. 14, 17.18; Lc. 24, 49; Eph. 4, 10; H266

II D

O



Rex gló-ri-æ, * Dómi-ne virtú-tum, qui tri-umphá-tor hó-di-e super om-nes cæ-los a-scendís- ti,



ne de-re-lín-quas nos órpha-nos: sed mit-te promís-sum Pa-tris in nos, Spí-ri-tum ve-ri-tá-tis, al-le-lú-ia. Lc. 1, 46-55



Magní-fi-cat * ánima me-a Dóminum.



Et exsultá-vit *spí-ri-tus me-* us * in De-o, sa-lu-tá-ri me-o.

Quia respéxit humilitátem *ancíllæ suæ*: * ecce enim, ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi *magna qui potens* est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progénie *in progénies* * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in *bráchio suo*: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes *de sede*, * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes *implévit bonis*: * et dívites dimisit *inánes*.

Suscépit Israel, *púerum suum*, * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est *ad patres nostros*, * Abraham, et sémini eius *in sæcula*.


Glória Patri et Filio, * et Spiritui Sancto.

Sicut erat in princípio, *et nunc et semper*, * et in sæcula sæculórum. Amen.



A.

Ante Orationem, cantatur a Superiore:


Supplicatio Litaniae.

K  Y-ri-e e-lé-i-son. **R.** Chris-te e-lé-i-son. Ký-ri-e e-lé-i-son.


Oratio Dominica.

P  Ater noster, qui es in cæ-lis: sancti-fi-cé-tur nomen tu-um: advéni-at regnum tu-um: fi-at vo-lúntas tu-a,
 si-cut in cæ-lo et in terra: panem nostrum quo-ti-di-ánum da nobis hódi-e: et dimítte nobis dé-bi-ta nostra,
 sic-ut et nos dimíttimus de-bi-tó-ribus nostris: et ne nos indúcas in tenta-ti-ónem. **R.** Sed lí-be-ra nos a ma-lo.


Deinde dicitur ab Hebdomadario:

D  Ominus vo-bíscum. **R.** Et cum spí-ri-tu tu-o.

In choro monialium loco Dominus vobiscum dicitur:


Y. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. **R.** Et clamor me-us ad te véni-at.


O




-rémus. Concéde, quæsumus, omnípot-ens De-us: † ut, qui hodi-érna di-e Uni-géni-tum tu-um, Redemptó-rem



nostrum, ad cæ-los ascendísse cré-dimus; * ipsi quoque mente in cæ-léstibus ha-bi-témus. Per e-úmdem Dóminum




nostrum Ie-sum Christum Fí-li-um tu-um: † qui tecum vi-vit et regnat in uni-tá-te Spí-ri-tus Sancti De-us,



per ómni-a sæcu-la sæcu-ló-rum. ℞. Amen.


Hebdomadarius dicit iterum Dominus vobiscum, vel cantor dicit:



℣. Dó-mi-ne, exáudi o-ra-ti-ónem me-am. ℞. Et clamor me-us ad te véni-at.

Postea cantatur a cantore:

II
B



ene-di-cá- mus Dó-mi-no. ℞. De- o grá- ti- as.